

Epistola Caietanæ ad principem F.

Illustrissime & excellentiss. princeps, vestri frater Mar-
 tinus Luther cum luens excellentiæ vestræ & antequam nos
 adiret voluit se munere salvo conductu ab ys dominis Cæsa-
 reâ maiestatis consiliarijs vestræ illustrissimæ dominationis
 impetravit, non tamen sine scitu meo. Noluerunt enim
 ij domini quicquam illi concedere, nisi permittente me, quibus
 respondi facerem quod eis placerent. Quia nomen meum non
 misererentur, & hoc cepi mirari. Nam si excellentia vestra
 in me confidebat, non erat opus salvo conductu, si non quod
 fidebat, non erat mittendus ad me ut patrem. Adijt demum
 nos frater Martinus, primum excusans se super impetratio-
 ne salvo conductus, propter inimicitias. Demum dicens non
 se venisse ut nos audiret & veritatem a nobis agnitam
 profiteretur. Nos hominẽ libentissime & humaniss. excep-
 mus, paternèq; complexi sumus. Dixi ante omnia, quod
 secundum solidam scripturam sacram & sacros canones
 interrogandus esset & quod si se cognoscere, & de cetero
 cavere, possemusq; secure dormire, ne revertetur ad vo-
 cantum, omnia componerem sanctissimæ dñi nostri au-
 toritate, ostendi demum nonnullas paternè disputationes &
 sermones esse, contra apostolicam doctrinam, maxime sup
 indulgentijs, citavimq; extravagantem Clementis Sexti aperte
 contra ipsum, tam super causa quam effectũ indulgentiarũ,